



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Quid sit Schisma, & quomodo ab hæresi differat, & quæ sint pœna
jure decretæ in sehismaticos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

rumque sit observatio, nulla est etiam necessaria eorum explicatio. Vide Auc̄. Method, hoc loco, ubi etiam, uti & §. 2. De p̄nis credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum hæreticorum agitur, & §. 3. de p̄nis eorum, qui sunt negligentes in puniendis, & exterminandis hæreticis.



SECTIO V.
De Judicibus, & procedi-
tu suo in iudiciario observando in
crimine hæresis.

Tota hæc sectio per 7. §. 8. postu-
mum pertinet ad loquutores hære-
ticæ pravitate, quorum in nostra Ger-
mania, cum vix sit usus, sit autem multa
in Hispania & Italia &c. illis major ex-
plicatio relinquatur. Videntur tamen de
his etiam potest Auc̄. Method.

TITVLVS VIII

DE SCHISMATICIS, ET ORDINATIS AB
ILLIS.

§. I.

Quid sit Schisma, & quomodo ab
hæresi differat, & qua sint p̄na iuro
decreta in schismaticos.

Schisma est disjunctio, per quam quis
se ab unitate Ecclesiæ separat, in quan-
tum est corpus mysticum ex universis fide-
libus & Romano Pontifice tanquam capi-
te constans. Differt ab hæresi, quod
hæc directe opponatur fidei, fidei scil.
doctrinam negando, schisma vero re-
pugnet charitati, Ecclesiæ unionem,
quæ, quæ in charitate consistit, scin-
dendo, & quod omnis quidem hære-
ticus, schismaticus sit, non tamen omnis
schismaticus, hæreticus sit, cum
omnis ille, qui erroneam contra fidem
doctrinam fovet, ab Ecclesiæ unionem se

separet, non autem, qui se separat
Ecclesiæ unionem, semper fovet erro-
neam contra fidem doctrinam, in quo
tum scil. omnes quidem fidei articuli
profitetur, & Romanum Pontificem
etiam, ut caput Ecclesiæ, agnoscit ab
obedientia tamen huius ex p̄na volun-
tate se subtrahit, non parendo, g. ep̄as
præceptis, quatenus vici Christi in
terris gerit, & Ecclesiæ caput est.

P̄næ schismaticorum eadem p̄næ
sunt cum p̄nis hæreticorum. Vide-
tur de hac, rari casus, materia, & ut
alicujus in partibus nostris usus, Auc̄.
Metho.